

Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio
Ersteller: de Turrecremata Johannes
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

durabit sine fine regnabo. propheta ut predicta mala cito finiatur
petit accelerari iudicium dicens, **E**xurge ad iudicium dñe deus qui
videris dormire permittendo anti xpm tanta mala inferre sc̄tis tuis
et exalte potestas tua in vindictam eius. ne obliuiscaris tuorum
fidelium. **P**ropter quod impius anti xps suis blasphemijs irritabit
deū nisi quia credit q̄ deus tanqm̄ nesciens aut impotens non re-
quiret facta sua ad puniendū. sed anti xps ip̄e fallit. quoniam tu do-
mine qui nosti omnia, **V**ides laborem et dolorem quos sanctis tuis
intulerit. et consideras qualiter anti xpm et complices suos trades ī
manus iusticie tue ad puniendum. et hoc merito. **Q**uonia tota spes
populi xp̄iani in te ē ut eum proteges. et ideo ip̄i tanqm̄ orphano
paterno solatio destituto tu eris adiutor. **C**ontere potentiam anti xpi
peccatoris in se et maligni in alios. discutiet a te peccatum illius si
sit amplius utile ad purgationē electorum et non inuenietur ultra
ad hoc esse utile. eo q̄ sufficiēter erunt purgati. et sic anti xps et com-
plices eius deiciētur in ignem inferni. tunc destructo anti xpo mani-
feste, **I**nnotescet regnū eternum et dominium xp̄i sine fine pacificū.
peribūt autem anti xps et complices sui pagani heretici et falsi xp̄ia-
ni de terra illius. et de regno quo soli beati perfruuntur. **D**esiderium
iustorum exaudiuit dñs. ardorem vero desiderij eorum ad participā-
dum beatitudinem tuā intellexit clementia tua. **I**udicare ergo pp̄lo
cristiano humili qui erit in fine mundi pro eo ferēdo sententiam sic
ut non apponat magnificare se super terram superbus ille anti xps
ut fecit. q̄ erat purus homo non deus. licet a demone possessus ostē-
dit se tanqm̄ sit deus. **¶** Psalmus x. in quo docet resistere hereticis.
qui fideles nituntur in suam prauitatem cōuertere.

In domino confido tenens eius fidē qui est mons ī vertice montiū.
quomodo ergo vos o heretici dicitis anime mee transmigra ad nos
qui sumus per excellentiā sicut mons altus scientia et vita. o heretici
petitis a me transire de veritate ad fallitatem. a luce ad tenebras he-
retice prauitatis. hoc ego non faciam. quia si hoc facerem ero sicut
passer instabilis et leuis et vagus qui ad nequissimas predicatōes
leuitate inconstantis animi transfertur. ideo autem in dño confido
Quonia peccatores scilicet heretici intenderūt potentiā verboritatis
sue parauerunt insidiosē verba venenosa et acutas sentētias quas